incarnationis M. XXXIII. anno autem domni Chuonradi secundi regnantis VIIII. imperantis VII. actum Lintburg feliciter.

Baier. Staats-Archiv.

L. Fr.

---

5) Noch nicht im Druck bekannt gewordene Urkunde von 1290, betreffend die Ueberlaſſung des Patronatsrechts zu Oberſteinach an den deutſchen Orden.

Nos Craffto dominus de Hohenloch Conradus filius eiusdem, Gottfridus filius dominj quondam Conradi de Hohenloch, Albertus filius dominj quondam Gottfridi de Hohenloch presentibus litteris recognoscimus et publice confitemur. Quod collacionj iuris Patronatus ecclesiae in Steinach quam collacionem Zürch miles noster Vasallus fecit, Domui & fratribus in Mergentheim ordinis sanctae Mariae Teutonice, quod ius Patronatus idem miles racione quorundam bonorum temporalium, a nobis in feudum tenuit, habuit & possedit, consensum nostrum benevolum concorditer adhibemus, in testimonium nostri consénsus sigilla nostra presentibus, apponentes, nos Conradus de Hohenlohe Contentj sumus Sigillo patris nostrj, Testes sunt frater Gottfridus de Hohenloch provincialis franconiae frater Eberswinus commendator de Mergentheim magister Petrus sacerdos, frater Conradus de Mergentheim, frater Arnoldus de Steten, frater hermannus de meiningen, frater Heinricus Vocht, frater Eberhardus pincerna, hermannus Lesche Rudegerus dives de Mergentheim, Martinus frater suus milites & alii quam plures,

Datum Anno Domini M.CCXC. ipso die beatj Ambrosy.

Württemb. Staats-Archiv.

L. Fr.